Cax. 21012

1ª
14.362

ROBLES
DE
REPRAESENTATIONE.

Num. 47. cax. 7. num. 16. 11

DE REPRAESENTATIONE
TRACTATVS IN TRES LIBROS DIVISVS
AVCTORE
BLASIO ROBLES SALZEDO
I.C. Matritenſi, & in Suprema Hiſpaniarum Curia Aduocato

In quo incidenter neruosè tractantur plures quæſtiones.

De Subingreſsione
De Iure Accreſcendi
De Adoptione
De Collationibus
De Donationibus
De Dotibus
De Emancipationibus, & Emancipatis
De Emphitheuſi, & feudo
De Legitimatione, & legitimatis
De Maioratibus, & Primogenituris
De Querela inofficioſi
De Renuntiationibus
De Retractu
De Retrotractione
De Subſtitutionibus
De Succeſſionibus
De Naturalibus, & vulgo L quæſitis
De Teſtamentis
De Tranſmiſsionibus
De Tutelis, & Curis.

Et quamplurimæ aliæ quæſtiones in foro, & praxi quotidie occurrentes; ſummo ſtudio, pleno càlamo, & noua ac methodica doctrina explicantur, & reducuntur.

Opus omnibus tam in Scolis, quam in Palatijs verſantibus Theoricis, & Practicis apprimè vtile, & opportunum.

Argumentis, Summarijs, & diuerſis Indicibus, & præſertim Materiarum decoratum.

AD EMIN.MVM ET REV.MVM DOMINVM
D. PETRVM OTTOBONVM
S. R. E. CARD. ET S.MI D. N. PAPAE PRODATARIVM.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA



ROMAE, Sumptibus Ioſephi Corui. M.DC.LXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

LIBRVM ex Hiſpania deſero, ea ductus ratione, vt qui impensè quæſitus quaſi deſecerat, Romana hac Ciuitate donatus à Tibere gaza nobiliori ditetur, ſi diuitias reportauit à Tago. Hunc ipſum librum, fertilis Ingenij meſſem, publicæ Trituræ. Exponere cum ſtatuiſſem, apud mé nihil antiquius habui, quam vt ſpectabili E. Tuæ patrocinio illud facerem, vt quod Natura non conceſſit Auctori diù viuere, id libro impreſſione noua propagetur in æuum, eique noua quædam immortalitas tuo nomine feratur. Hauriat igitur volumen hoc, & à meis Typis lucem, & à tua Purpura Præſidium: Quid deerit altis Blaſij ROBLES famis? Eà enim lux præli obliuionis tenebras diſſipat, & ſola Vmbra PETRI operatur miracula. Mitto eſſe ſollicitus [illegible] more poſitum, gratia patrocinij, tuas laudes proſequi, eaſque pro libidine calamiſtrari. Quis enim viuere in tuis moribus ſapientiam, ſplendere in fortuna prudentiam, ſedere in ore Iuſtitiam ſanis oculis non videat, ſanæ mentis non amet? Habeas Domi virentes laureas, fulgentes Togas; ornatas clamides, nobiles pretextas; Tù qui inani hoc fumo non indiges, Auorum, atque Atauorum nobilis, nobilior tua exiſtis. At hoc vnum ſufficiat in tuarum laudum epithomen. Te eſſe prolem generoſiorem illius Patriæ, quæ ſola Ciues efficit Reges, quæ Reges ſola habet Ciues; Et in ea familia genitum, quæ cum OCTO BONA ſit, qui prodit ex ea non optimus, monſtrum eſt. Quidquid enim de tè dixerim, dictum erit magnificè; quia nihil feciſti humilitèr, & demiſsè. Tu inquam, cum in Tribunali Rotæ Romanæ Auditorem, & Iudicem ageres, hoc ſæculo vitiorum flu-

cti-

NOVVS, ET METHODICVS TRACTATVS DE REPRÆSENTATIONE, IN TRES LIBROS DIVISVS.

LIBER PRIMVS.

De Principijs Vniuerſalibus.

SVMMARIVM.

1 *In quacunque arte ſecundùm Dialecticos, & Rhetoricos à principiis vniuerſalibus eſt incipiendum.*

2 *Omne ius aut de perſonis, aut rebus, aut actionibus diſputat.*

3 *Omne ius perſonarum cauſa conſtitutum eſt.*

4 *Homo omnium animalium perfectiſſimus.*

5 *Homo omnium rerum epitoma.*

6 *Cur ſexto & vltimo die homo creatus.*

7 *Homo ad ſimilitudinem, & imaginem Dei creatus, & quomodo hoc intelligendum.*

8 *A præſtantioribus & nobilioribus incipiendum eſt.*

9 *Deſcendentibus primo loco ſucceſſio debetur, remiſſiue.*

10 *Filii à patre formam, à matre materiam in generatione ſuſcipiunt, remiſſiuè.*

11 *Vir muliere dignior eſt.*

12 *Mulier à viri coſta ſubducta eſt.*

13 *Mulier non eſt imago Dei, & quomodo intelligendum.*

14 *Mulier cur velat caput ſuum.*

15 *Parentibus debetur filiorum hereditas ſecundo loco.*

16 *Tranſuerſalibus tertio loco hereditas debetur.*

CAPVT I.

De diuiſione totius operis.

1 CVM in quacunque arte, † vt poſt *Ariſtotelem*, Dialectici, & Rhetorici omnes fatentur, à principiis vniuerſalibus initium ſit ſumendum, quæ à ſequentibus quæſtionibus non pendent, medio ſubalterna, infimo loco ſpecialiſſima apponi conſulant. Ideo in hoc tractatu, ſi non omnia, quæ materia patitur, obſeruabo. Sicque in tres libros præſens tractatus diuidetur. In primo de principiis generalibus ſiue vniuerſalibus materiæ diſputabitur; vbi de repræſentationis diuiſione, definitione, etymologia, cauſa efficiente, proxima, remota, impulſiua, & finali, materia, forma, & de iis quæ contraria ſint, tractabitur, & tredecim capitulis conclu-
2 detur. Omne ius quo vtimur, † aut de
perſonis, aut de rebus, aut de actionibus diſceptat, *l. 1. ff. de ſtatu homin. §. fin. inſt. de iure natur.* & exornat *Franc. Duaren. lib. 1. diſput. c. 55. Donell. lib. 2. commentar. iuris ciuil c. 3.* quicquid in contrarium dicant *Ioan. Apellus in dialect. de ſtud. iur. inſtit. & Claud. Verderius in auctores cenſionibus & correctionibus, pag. 110. & ſeq.* Et
3 cùm perſonarum cauſa † omne ius ſit con
ſtitutum, *l. 2 ff de ſtatu homin.* & homo om-
4 nium animalium † præſtantiſſimus ſit ob
perfectam eius formam, rationem & ſermonem, vt ait *Galenus de vſu partium, c. 2. Ariſtotel. lib 5. de part. animal. c. 7. Cicero lib. 1. de legibus, & lib 1. de natura Deorum*; quò reſpicit *Ouidius lib. 1. Metbamorph.*

Os homini ſublime dedit (ſcilicet Deus) *cælumque videre*
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus

5 Non ſolùm homo, † omnium rerum
eſt epitoma, ideóque paruus mundus, particulam vndique deſectam habens, vt *Horat. lib. 1. carmin. Ode 16.* ait:

Fertur Prometheus, (ideſt, prouidentia)
addere principi (hoc eſt, homini)
Limo coactus particulam vndique
Deſectam: & inſani leonis
Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.

6 Qua-

7. *tit.4.p.5.lib.3.c.16.n.12. & à n.45*
8. *tit.1.p.2.lib.3.cap.16.n.64*
9. *tit.15.p.2.lib.3.cap.16.n.66.*
12. *tit.1.p.2. lib.3.cap.16.n.65.*

Ex Taurinis legibus.

Lex 9. *lib.2.c.13.à n.20.& cap.14.à n.35*
40. *lib.2.cap.3.n.13*
40. *verſic.* Lo qual non ſolamente, *lib.2.c.29 à num.15.& à n.30.& cap.30.n.20*
40. *verſic.* De maniera que ſiempre,&c. *lib.1 c.12.n.20.& 73. & lib.2.c.29.n.16*
40. *verſic.* Que en tal caſo, *lib.1.c.13.n.11. & num.18*

Ex noua legum Recopil.

Lex 5. *verſic.* Lo qual no ſolamente, *tit.7 lib.5 Recop.lib.2.cap.29. à n.15 & à num. 30*
5. *verſic.* De manera que ſiempre, &c. *lib. 1. cap.12.n.20.& 73.& lib.2.c.29.num.16*
5. *verſic.* Que en tal caſo &c. *lib.1.c.13. n.11. & à n.18*
6. *tit.8. lib.5. Recop.lib.2.cap.14.n.13.& à n.31 & à n.43. & à n.64*
7. *tit.7.lib.5.Recopilationis, lib.2.c.6.à n.1*
7. *tit. 8.lib.5. Recopil.lib.2. cap.13. à n. 20. & cap.14.à n.35*
8. *tit.11.lib.5. Recopil.lib.3.cap.15.n.5 & 20*
Pragmatica *Regis noſtri Philippi Tertij de Repræſentatione loquens, edita anno milleſimo ſexcenteſimo decimoquinto, lib.1. cap.13. à n.19*

F I N I S.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

R O M AE,

Sumptibus Ioſephi Corbi Bibliopolæ. M.DC.LXVII.

R O M AE, Typis Michælis Herculis. *Superiorum Permiſſu.*